### A) *Quoad Conspectum Proventuum V. Cleri.*

1. Si conferatur Conspectus præsens cum protocollo rationum V. Cleri de 1842 per canonicum Stephanum Boer ducto, et per Capitulum reviso et approbato, evidens est: in Conspectu per Commissionem Regiam publicato, desiderari quatuor Capitalia ad Cassam Status elocata, np:

100 fl. c. m. a 5 pc. 1a Nov. 816 Nro 7255
1000 fl. c. m. a 5 pc. 1a Sept. 817 Nro 196,657
2000 fl. c. m. a 5 pc. 7a Ian. 823 Nro 29287 et 36152
1000 fl. c. m. a 5 pc. 1a Nov. 826 Nro 78940.

Ista Capitalia reperiuntur in protocollo de 1842, sub positionibus 15, 16, 17 et 18, — quæ positiones e conspectu Regiæ Commissionis omnes exmissæ sunt, et in hocce conspectu sub

positione 1. 2. 3 4. nonnisi illa Capitalia adferuntur, quæ in protocollo Rationum Cleri de 1842 sub positione 1. 2. 3. 4 5. 6. 7. 8. 9. 10. et 11. consignata sunt; quare sunt exmissæ præattactæ quatuor positiones? quarum Capitalia neque summam Capitalium ad Cassam provinciæ illocatorum ingredi potuerunt teste protocollo de 1842 neque in massa posthuma contineri possunt, cum sint elocata longe ante mortem Fundatoris?

2. In protocollo rationum V. Cleri de 1842, per V. Capitulum reviso et approbato, post summariam recapitulationem omnium Capitalium V. Cleri fundum efficientium, sequens observatio legitur: *„Insuper docentibus 15 obligationalibus annis 1796, 1797, 1799 et 1802 sub variis datis et numeris illocabantur a 5. 4½ 4 procento ad Cassam publicam 71920 fl., quid cum his factum sit, non constat“* — summe desiderandum erat, ut Capitulum Blasiense, cui cura Capitalium Cleri incumbebat, declarasset in hocce Conspectu per R. Commissionem reviso, quid reipsa cum allata summa factum sit, quam elocatam fuisse, ipsum Capitulum recognoscit, verum hæc declaratio nullibi in Conspectu reperitur. Die 20 Sept. 1845 vocavit Illmus D. Eppus Gaganetz Professores in sui præsentiam, dixitque: „Vocavi D-Vestras, ut Capacitem quod illam summam 71920 florenos“, sed Professores ostenderunt Illmo Dno Gaganetz, quod ipsemet in hocce objecto capacitatus non sit, quod apparet nunc etiam e Conspectu publicato, ubi nulla mentio fit præfatæ summæ 71920 fl. quam Capitulum tamquam deperditam notat in suo protocollo de 1842.

3. Ad positionem 9am Conspectus reflectitur, necessariam fuisse ut privati Benefactores, nomine tenus indigitentur, ut publice sciatur, qui et in quem finem pias oblationes fecerint?

4. Positione 10ma Conspectus consignatur Capitale 710 fl. 34 x cm. ad Cassam parsimonialem Cibiniensem elocatum, sed quia protocollo de 1842 docente, etiam ad Cassam parsimonialem Coronensem elocata sunt duo Capitalia in summa 395 fl. 51 x, cm quare ista in Conspectu non invenitur? — fortasse translata est e Cassa Coronensi ad Cibiniensem? — si ita hoc notari debuisset — uti positione 6ta, 7a, 8a notantur *Capitalia quaedam prius apud privatos dein ad Cassam provinciae elocata.*

5. Quoad massam posthumam, ut Clerus de justa eiusdem pertractatione convincatur, deberet V. Capitulum producere *Inventarium legitime confectum omnium Articulorum massae reliquiariae* specifice descriptorum cum suo pretio distractionis, — tale Inventarium adhuc non produxit V. Capitulum et e Conspectu publicato videtur non habere eiusmodi Inventarium, si enim haberet, in eodem deberet fieri mentio etiam Utensilium argenteorum defuncti Ioannis Babb, quæ succesor Ioannes Lemény sibi reservavit sub condicione reluendi pretii æstimatitii; ast huius rei non meminit Conspectus Commissionis Regiæ in tali Inventario, id etiam notari debuisset, quantum in aureis, quantum in argento etc. reliquerit

defunctus Eppus et in specie quo titulo reservaverit V. Capitulum summam aureorum ad massam posthumam pertinentium? igitur in defectu eiusmodi Inventarii suspicio de infideliter tractata massa porro quoque perdurabit.

6. E Conspectu videtur, quod omnes DD. Capitulares fuerint distractores massæ reliquiariæ, ideo fors. V. Capitulum effugit ac intermittit satisfacere postulato Cleri de reddendis specificis et documentatis rationibus.

7. Quoad positionem 2dam massæ posthumæ, ubi Illmo D. Eppo Ioanni Lemény 10000 fl. elocati ponuntur, questio oritur, erga qualem securitatem seu hypothecam elocata sit tanta summa? persona enim Eppi ceu mortalis et secus etiam male solvens, securitatem non præbet, ad hypothecam vero bonorum Episcopalium Monasterii, aut Seminarii tantum Capitale elocari non potuit, quum Decreto Aulico de 15 Febr. 1787 No 1292 vetitum sit, quominus Antistites Ecclesiarum debitis onerent bona Ecclesiarum, quorum tantum usum fructuum non vero proprietatem habent — sed præter defectum securitatis, etiam dubium subversatur, an Eppus solverit quotannis interusuria huius Capitalis?

8. Docente Protocollo Rationum V. Cleri de 1841 et 1842 summa 18544 fl. 57 1/5 xr. cm. hærebat in Cassa Cleri non elocata, huius summæ nulla mentio fit in Conspectu, an scilicet elocata sit ab eo tempore vel erogata in salaria respectivorum beneficiatorum cum interusuria non solvantur accurate aut quid cum hac summa factum sit? BCU Cluj / Central University Library Cluj

9. Quoad observationem 3-am Conspectus reflectitur: quod pro sedanda publica opinione saltem ultimæ E. R. Gubernii et Illmi D. Eppi dispositiones intuitu incassationis a privatis Debitoribus interusuriorum de datis et Nris indigitandæ fuissent siquidem illi, qui scire possunt, dicant vix duas intra 13 annos a parte Eppi factas fuisse, in hoc objecto interpellationes, sed ab Illmo D. Eppo velut male solvante et morosorum ante signano neque exspectari potest, ut in hoc negotio prout par esset versetur.

10. Considerata summa 38764 fl. 28 4/5 xr. cm., qui cum magno Cleri damno apud morosos debitores solvendi restant; apparet necessitas, nomina morosorum cum hypothecis Capitalium et tempore elocationis et non solutionis Interusurii consignandi, non sicut fecit Commissio Regia in Conspectu, ubi nonnisi summam restantium Interusuriorum notavit, quum notare debuisset etiam debitores morosos sicut notavit in Conspectu proventuum Seminarii — quare debitores morosos Seminarii notavit et Cleri non notavit?

11. Etiam Calculus in hocce Conspectu adeo erroneus est ut vix credi possit huncce Conspectum a Commissione Regia revisum esse e g posit o 2, 3, 4, male saltem non cum debito rigore calculatæ sunt ita etiam in Calculo summæ posthumæ error occurrit, qui per omnes subsequas positiones propagatur.

12. Puncto 1o Testamenti Babbiani præter alia fit mentio etiam doliorum et copiæ vasorum, circulis ferreis maximam partem ligatorum et constituitum ut summa ex his coalescens ad fundum publicum evocatur; ast vero in Conspectu Commissionis hic articulus neque generaliter indigitatur, ut resciatur quantum hinc provenerit?

13. Puncto 2-do Testamenti Babbiani expresse determinatur, ut si Canonici munus docendi in Lyceo aut Seminario assumserint propter hocce fatigium accipiant e Cassa Cleri 200 fl. w. penes salarium Canonicale; iam vero Canonici, qui professores fuerunt, allatos 200 fl. non in W. sed in cm. e Cassa Cleri exceperunt: idcirco per hoc etiam non leve damnum illatum est, ideo necessaria est specificatio erogationum, ut Capitulum cogi possit ad restituendum id quod contra Testamentum ex Cassa Cleri exceperunt, quod facile ad 3346 fl. cm. exsurget.

14. Puncto 8vo Testamenti constituitur, ut si successor Eppus suppelectilia et utensilia in domo parochiali Claudiopolitana reperibilia voluerit in suum usum reservare solvat 500 fl. ad Cassam Cleris — quomodo huic puncto satisfactum sit, et ubi hæc pecunia reperiatur e conspectu non videtur?

B) *Quoad Proventus Ecclesiae Catedralis.*

Ecclesia Cathedralis Blasiensis præter Capitalia in Conspectu consignata, habet etiam alios fontes proventuum, qui in Conspectu non indigitantur, np: secundum punctum 13. Testamenti Babiani, decimas e vineis Monaræensibus et pretium Vineæ Csergediensis, quorum in Conspectu nulla mentio fit, pariter habet Ecclesia Cathedralis arendam nundinarum Blasiensium, quæ perinde e Conspectu exmittitur.

C) *Quoad Proventus Scholarum Blasiensium.*

Conspectus exhibet annuam competentiam Seminarii, sed annuam competentiam iuxta eundem Contractum Monasterio et Professoribus Scholarum Blasiensibus debentem non exponit et quare non? np ne Clerus calculet, quantum quotannis remanserit ad fundum Scolarum illocandum, sed non ilocatum. Est autem competentia Monas-terii et Professorum 2600 fl. c. m, quos Eppus qua Arendator bonorum Monasterialium pernatantia et 1800 fl. c. m. tamquam residuum e competentia arendatitia.

Quod Eppus ampliaverit templum Cathedrale per hoc a debito Scholis reddendo liberari nequit, quum iuxta sensum testamenti Babbiani puncto 12o et iuxta destinationem bonorum Monarterialium reparatio templi Cathedralis e massa Cleri et bonis Scholarum fieri haud conceditur.

Anno 1821 mense Octobri, item prius 1820, 17 Nov Nro 10360. E 312. E. R. Gubernium commisit Ioanni Babb ut in

sequelam Altissimi Iussus Monasterio restituat supernatantiam bonorum Monasterialium, quod etiam prostitit et primo dedit Monasterio qua Capitale 16,666 fl 40 xr. postea vero 1000 fl. quod exemplo inservire potest, etiam prœsentem Eppum obligatum esse ad similes supernatantias, ad fundum Scholarum transponendas eo magis, quod etiam Eppus Maior teste Conspectu Regiæ Commissionis reliquerit Scholis 3000 fl. quamvis neque Monasterii neque Seminarii bona servaverit et plus ædificaverit pluresque ac fructuosiores Canonicas visitationes peregerit quam modernus Illmus *ab officio Iustitiae erga Scholas et ab Obsequio Regiis Mandatis debito dispensari queat,* nisi a la Erdelyi et Gaganetz, officia non nisi velut inferiores obligantia cogitentur.

D) *Quoad Conspectum Proventuum Seminarii Dioecesani.*

1 Ad Positionem 1am præter bonum *Kütfalva* habet Seminarium etiam alias portiones proprias in territorio Balasfalvensi, Szantsalensi et Türensi, etiam istæ portiones tamquam fontes proventuum indigitandæ fuissent et quare non sunt indigitatæ? ideo scilicet ne coram publico fateri cogantur DD Capitulares pratum Türense ipsis Capitularibus consciis et permitentibus alienatum esse, quin aut Eppus aut Capitulum aliquem passum fecerit pro eiusdem revindicatione; hæc alienatio typis vulgata periculosa fuisset reduxisset enim Clero in memoriam Decretum Regium de 15 Febr. 1787 Nro 1292 quo prohibetur alienatio agrorum etc. Ecclesiæ item notissimum Pravilæ Canonem, quo Eppus et Hegumenus alienator agrorum Ecclesiæ vel Monasterii deponendus rialium persolvere debet; ex his virtute benigni Decreti Regii de 12 Sept. 1832. Nro Aulico 4119 st. 48 Gubernialí vero 12214 tantum 9 ratæ systemisatæ sunt, per 200 fl. quotannis erogandæ, residua vero summa i. e. 800 fl. c. m. quotannis ad fundum Scholarum Blasiensium illocari jubentur, ut ex hoc fonte accrescat fundus Scholarum eousque, donec Testamenti Babbiani per Majestatem confirmati tenorem, omnes Professores Seminarii et Lycei e fundo Scholarum exsolvi possint et summa 1500 fl. per Ioannem Bobb huic fini ad interim destinata, tandem ad reliquum clerum redire possit.

Ast Eppus e summa post exsolutas ratas systemisatas, residua, iuxta Conspectum nihil elocasse videtur, quæ summa residua *ab initio Eppatus* Illmi D. Ioannis Lemény usque modo supra 10,000 fl. c m. ascendit, annua interusuria haud computando.

Porro, siquidem constet e Decretis Regiis, quod bona Monasterii non nisi titulo melioris administrationis data sint Episcopis in Arendam, — evidens est talem Arendatorem obligatum esse ad id etiam, ut id quod supernatat post exsolutam annuam competentiam ad fundum studiorum Blasiensium illocet, in quem

finem Diplomatice destinati sunt omnes fructus bonorum Monasterialium. Iam vero supernatantia annua facile potest poni in 1600 fl. c. m. quæ annua summa iam a 13 annis computando supernatantiam

| | |
|---|---|
| funderet Scholis Capitale . . . . . . | 20800 fl. c. m. |
| cui si addatur prius Capiltale . . . | 10000 fl. c. m. |
| coaluisset iam Capitale . . . . . . | 30800 fl. c. m |

Proventus quidem annui bonorum Monasterii Calculo Cameratico nonnisi in 3000 fl c. m. sunt defixi, sed quia docentibus protocollis sub Eppo Babb ductis, item supplici libello Benedicti Fogarasi Præpositi Monasterialis Maiestati Sacratissimæ porrecti, haec bona calculo mediocri annue important 8000 fl. c. m. — idcirco nulla injuria inferetur Eppo si adhuc minori calculo i. e. in 4200 fl. c. m. computatis annuis proventibus bonorum Monasterialium prætenderentur ab Eppo supra notati 1600 fl. c. m. annui tamquam sudeterminatur.

2. Contractus in Conspectu commemoratus tantum cum defuncto Eppo Babb initus erat sine annuntione Cleri aut saltem Seminarii, ad tempus indeterminatum adeoque Camera et Eppus contractum inivit de proprietate Diplomatica Seminarii, sine consensu Seminarii sed etiam iste contractus qualiscunque fuit, mortuo Eppo emori debuit, cum fungenti vero Eppo nunquam renovatus exstitit, qui proinde bona Seminarii sine contractu tenet, sed cum damno Seminarii, quia ipso conspectu docente, neque exiguam illam arendam ante 60 annos stabilitam persolvit e dominio iuxta calculum medium 40000 fl. W. annue proferente,

3. Annis 1831, 1832 et 1833 seu tempore intercalari sub Administratione fisci Regii, quamvis pessima profructificatione fuerint tempora derelicta tota tertii anni fructificatione fungenti Eppo, tamen supernatantia horum annorum ascendit ad 30000 fl. W. quo nemine ex parte Seminarii intercedente hodiedum fisco Regio fructificat; — quæ tamen summa ut pote pure et procul omni dubio ad Seminarium pertinens recurrendo ad illimitatam erga fundationes Sacratissimæ Suæ Majestatis clementiam fors nunc etiam rehaberi posset.

4. Quoad Positionem 9am restus arendarum apud Illmum D. Eppum ponitur 12500 fl. W. sed qualem securitatem probet male solvens Eppus? hic restus tamquam Capitale considerandum venit, eius tamen interesse seu annua competentia in rubrica non apponitur; unde habuit Capitulum aut Commissio Regia facultatem condonandi Eppo quotannis 750 fl. W. quod est interusurium annuum 12500 fl. W? cum ex testamento fundatoris constet, ipsum etiam fundatorem Eppum Aaron solvisse interusurium Seminario, de summa quam acceperat a Seminario, dum diversorium Blasiense mutavit.

Hanc et alterum 10000 fl. cm. summam Eppus difficulter valebit depurare, quod nisi evenerit, Capitulo oneri cedat, quare dedit et datam quare tamdiu inexecutam reliquit?

BCU Cluj / Central University Library Cluj

5. Uti patet e suplici libello trium Canonicorum, pro Seminario coram Majestate intercedentium, qui qua Rectores Seminarii Statum Seminarii apprime noverunt, et vera coram Majestate retulerunt, Eppus accepit e Cassa Seminarii 5000 fl. cm sub rectura Canonici Boer adeoque ab a. 1835 usque 1839 inclusive et pecunia ista haesit apud Eppum usque dum Status Cleri coram Majestate Ssima descriptus fuit sed interusurium nullum solvit Eppus, immo Capitulum coram Commissione Goganetziana asserere non dubitavit, hanc summam per Eppum numquam fuisse exceptam, hinc ergo dubium enascitur, an haec summa restituta sit Seminario per Eppum, qui procul dubio illam exceperat

6. Iuxta Decretum Regium de 8 Ian. 1808 Nro 791. Eppus qua Arendator tenetur curam habere Sartorum, tectorum Seminarii sed quia hæc Seminarium ex proprio curavit ideo hæ expensæ per Eppum refundendæ essent, quare non meminit Conspectus huius rei?

7. Quoad positionem 10am quare tanta summa sine fructu hærens in Cassa Seminarii asservatur quum Clerici per annum solum competentiis et interusuriis sustentari possent; nam si sustentatio Clericorum elicitaretur pro 10 vel pro 8 mensibus [quia per decursum Eppatus moderni, Eppi computatis festis nativitatis et paschatis, quum apud lares paternos plures septimanas transegerunt, alumni non fuit datus victus amplius quam per 8 menses] 250 fl omnibus illis beneficiis, quibus modo providentur multo honestior quoad victum intertentio unius Clerici eveniret, sicque pro 50 Clericis pro anno erogarentur 12500 fl. W., competentiæ vero et interusuria annua efficiunt 17550 fl. W.

8. Quoad restantia interusuria: bone Deus! quare horum incassatio huc ad usque neglecta est! cedat eis in onus, quorum interfuit sed neglexerunt. Quid protest Capitulum, in Dioecesi? si talia non curat.

9. Capitale 7500 fl. W. apud Samuelem Vaida Præfectum Eppi Ioannis Leményi elocatum periclitatur, quia bona Szász-Péntekiensia in securitatem obligata a Præfecto reluta sunt et Capitale sine hypotheca mansit.

10. Bonum Kutfalvense Seminarii tantum titulo melioris administrationis datum est Ioanni Babb, qui docente protocollo Rationum Seminarii præter arendam annuam in Contractu stipulatam reipsa supernatantiam solvit ab 1797—1810, quo satis docuit, bona non simpliciter in arendam tamquam Iudaeo, sed nonnisi titulo melioris administrationis tamquam Eppo data esse, uti Decretum de 12 Sbr. 1781 ostendit np. ab a 1797—1810 hoc est intra 13 annos titulo supernatantiæ elocavit ad Cassæ Seminario fructificatura 57294 fl. 10 xr e qua summa pro quovis anno veniunt 4407 fl. [quia quibusdam annis plus, aliis minus elocavit] ergo etiam modernus Eppus a 13 annis debuiset inferre Cassæ Seminarii præter arendam supernatantiam 57294 fl. sed sit tantum

dimidia summa i. e. 28641 fl. quam merito prætendere potest Seminarium ab eodem — Quod Babb tantum intra memoratos annos elocaverit ad fundum pro Seminario, hunc non excusat a debito, quia Babb rel quam summam posuit ad fundum Cleri Majoris — sed Lemény ad nullum quidquam posuit. Quod Lemény ædificaverit templum et Palatium iterum non excusat, quia Babb etiam ædificavit templa, utpote Claudiopoli, Mediæ, Sabesii, Agropoli, et quot non in plurimis pagis? et tamen ad fundos etiam posuit.

E) *Quoad Conspectum Proventuum Typographiae.*

1. Quoad positionem 7 et 8am hi libri omni anno per patrias valachicas divulgandi essent et leviori etiam pretio distrahendi dummodo citius pecunia prosperetur, erga censum elocanda, secus in æternum hærebunt invenditi in Typographia, hoc tamen non obstante præfectus Typographiæ cohibendus esset, ne in posterum libros ecclesiasticos sub falsis titulis in Valachia et Moldavia distrahat etiamsi ipsi librarii hoc postularent, cum per hoc Typographia et Clerus coram publico fiduciam amittat.

2. Quare in ære parato 1925 fl. m. c. in Cassa asservantur? qui in parsimoniali Cassa illocati fructificarent, et tamen quandocumque rehaberi possent? Qui manipulationem præfecti Thimothei Cipariu notam habent, mirantur quomodo Commissio eiusdem manipulationem adprobare potuerit?

BCU Cluj / Central University Library Cluj

F) *Quoad Conspectum fundi Deficientium.*

1. Quomodo potest asserere Capitulum et Commissio fundum Deficientium synodaliter constitutum esse? cum constet e Decreto E. R. Gubernii Archidiaconos 1838 non ad Synodum sed non nisi ad Depositionem Juramenti Homagialis convenisse et Synodum neque celebrari tunc potuisse cum in Decreti Gbli expresse appositum fuit, „*Synodo autem opus non est*", quod ergo in illa Congregatione actum est, non nisi velut projectum considerari debet, ut docente protocollo Capitulari; ubi hoc projectum reperitur Archidiaconus quilibet conferat ad fundum Deficientium duos florenos cm., parochus vero 1 fl. c m. Eppus et Capitulares ad nihil se obligarunt prouti nec prostiterunt immo Canonicus Basilius Rátz expresse edixit coram congregatione Archidiaconorum: „Nos [:Canonici:] non obligamur conferre ad fundum Deficientium, quia numquam possumus devenire ad talem Statum, ut subsidio ex fundo Deficientium opus habeamus, præterea dum morimur vigesima pars salarii annui cedit ad fundum Cleri" — hæc fuit declaratio ex parte Capitularium publice data, qua audita Archidiaconi et sacerdotes dixerunt *Canonicos tantum mortuos esse Clero utiles.* — Sed oblitus fuit iste Diplomatis erecti Capituli ubi puncti 5-to Canonici etiam vivi ad fundum Deficientium inferre his verbis obligantur: quod respicit externam vivendi rationem

quoad victum et vestitum, qui semper niger et nunquam ex serico esse debet eam ita instituant ut veros ecclesiasticos exhibentes sua parsimonia in omnis generis expensis valeat, quilibet saltem tantum, quantum circumstantiis temporum Eppus cum Capitulo determinare censuerit erigendo aliquali fundo, quo parochis bene quidem meritis sed ob provectam ætatem aut ob certum morbum in vinea Domini adlaborandum inhabilibus vel in minimo subveniri possit, inferre. Quo autem statui similium Deficientium parochorum de meliori consolatur simul conscientiæ cuius libet committendum duximus, ut finem vitæ suæ non multum distare observans... in Testamento suo tam horum quam vero aliorum pauperum et subsidio destitutarum Ecclesiarum meminerit... subintellecto eo: quod ad fundos Deficientium et Seminarii ex substantia ab intestato decedentium certa pars... præferentur supputanda veniat" (:*Diploma Capituli de 6ta Martii 1807*:),

Itaque Canonici non obstante Diplomatica obligatione fere nihil contulerunt, Eppus vero omnino nihil, quod tamquam exemplum præ oculis habentes parochi difficiles (:uti e Conspectu apparet:) ad solvendum 1 fl. se præbuerunt, Eppus vero tales parochos cogit ad duplum persolvendum, ita resolutione de 12 Maii 843 Nro 607 præcipit, ut qui non solverint 1 fl. usque ad synodum autumnalem, postea in poenam solvant duos, immo Commissione de 27a Iulii 1842 Nro 912 committet Ioanni Sztojka V. Archidiacono Peterlakensi, ut isthoc duplum ope curatorum exsequatur a parochis; qua Commissione accepta Archidiaconus primario curatori ex Déég præcipit ut triplum exsequatur a parocho his verbis: „Főcuratorul din Deagu se iae dela Pop[p]a Iuvan bunu de 3 zloţi bani buni şi sel aducă la mine poruncește O-Péterlaka 29 Aug. 1842 Ioan Sztojka Protopop". i. e. supremus curator ex Déég ab Ioanne Papp sacerdote accipiat pignus 3 fl. c. m. et ferat ad me mandat O-Péterlaka 29 Aug. 1842 Ioannes Sztojka, Archidiaconus, adhuc non erat auditum in hac Diœcesi, ut Eppus dedisset hucdum facultatem curatoribus pagensibus exsequendi parochum adeoque curatores supra parochos constituendi; quomodo reverentia erga ordinem Hyerarchicum et sacerdotes subsistet cum tali agendi ratione arbitraria Illmus D. Eppus occasione Installationis ita Clero promisit: *„atque in iis quae ab aliis jure postulabo, ipsemet iisdem praeire satagam* (complexus orationem occasione Installationis Enyedini impressarum, pag 22) si florenum ad fundum deficientium jure postulat, debuisset primus quotannis ad hunc fundum conferre, et hoc modo, non vero debitis Clerum beare aut novis promissionibus, quas in Comitivo Conspectu repetit coram Clero, se scilicet etiam collaturum ad fundum Deficientium postquam Deus iuvaverit debita depurare.

Ad fundum Deficientium multi Archidiaconatus nihil solverunt (:teste Conspectu:) quare ita relicti sunt, qualis æquitas in Administratione?

2. Ad positionem 3 et 4 erogationis: quare illi 14 fl. cm. propter itinerationes expensi sunt e Cassa miserorum, quum suficientes dentur occasiones, quibus etiam sine tali sumtu hæc pecunia illocari potuisset, — quid si etiam Archidiaconi expensas facerent ex eadem summa dum pecunias Blasium mittunt? tunc exiguum remaneret ad fundum publicum illocandum.

Consideratis tandem istis Conspectibus et Statu Cassarum Cleri nulla spes melioris administrationis effulgere videtur donec constituatur e viris cordatis distinctum officium, quod pecunias publicas conscientiose et cum fructu pertractat et quandocunque provocatum fuerit, rationes de pertractatis Cassis publicis systematice præstare valeat et donec constituatur Forum Revisorium rationum.

Per

GREGORIUM MOLDVAI m. p.
Professorem et Catechetam amotum.

III.

## Observări ale „Gazetei de Transilvania" din 24. Decemvrie 1845 [1].

„Acela care ar citì numai socotelile şi n'ar cunoaşte mài întâi isvoarele de venituri, n'ar puteà încheia nici bine, nici rău; n'ar puteà nici aprobà, nici reprobà îndoielile unora în privinţa lor".

Se arată, deci, isvoarele:

1. O moşie cu şapte sate în c. Bălgradul-de-jos şi alte bucăţi mai mici în 6 sate din c. Cetăţei-de-Baltă (dăruite 1738, în schimb p. domeniul Gherla şi Sâmbăta de jos).

2. Cutul, proprietate cumpărată cu bani adunaţi dela preoţime şi cu ajutorul lui P. P. Aron.

„Cutul se dă în arendă; venitul lui primitiv nu-l ştim, iar în zilele noastre se schimbă după vremi".

3 Unele ajutoare băneşti ale monarhului.

„Partea moşiei mănăstireşti au dat prilej la feliuri de certe între episcop şi călugări, îndată dela anii 1740 până pela ani 1780—96. Isvoarele veniturilor nu erau demarcate bine îndată dela început; de aci se esca ne 'nvoeli, pe care numai rescripte şi decrete împărăteşti le puteà precurma. Unii au căutat fântâna răului numai în duhul bizantin, care se bolnăveşte dacă n'are pricină de ceartă; dar mi se pare că n'au drept din toate părţile

[1] Pagina 409—410.

ci Petru Maior au pătruns mai bine lucrul când au zis: „Neprietenii vlădicului se arătă a părtini călugărilor, carii într'adevăr se bucură să vadă stricată şi pe o parte şi pe altă . . .“ Să tăiem acestea: destul că mai la urmă însăş împărăţia s'au învoit, ca episcopul Ioan Bob să ia în arendă pe timp cam nedeterminat atât partea domeniului înscrisă călugărilor cât şi Cutul, proprietatea seminariului. Cu toată învrăstarea de unele ne 'nvoieli, cum au administrat Blăjenii acele averi încredinţate lor în folosul clerului şi a naţei româneşti?, istoria judece-i, faptele vădească-i!

Se citează ce-a reeşit, ce ar fi reeşit numai din acele venituri.

Se dă un exstras din socotelile cuprinse în documentul 1.

„Cetitoriul cu fruntea curată să întrebe dacă o episcopie şi un cler românesc asuprit de multe necazuri puteà face mai multe decât au fost făcut *circiter* într'o sută de ani cel unit din Transilvania. Cu aceasta nici de cum nu voim a zice că un cler supt a cărui păstorie stau aproape la şese sute mii suflete în 1360 parohii, ar avea cu atâta destul, că din contră recunoaştem că tot ce are este încă mult mai puţin decât să-şi poată acoperi măcar cele mai neapărate trebuinţe toate, prin urmare că cu atât mai puţin e de pismuit, cu cât toate celelalte cleruri de alte confesii în patrie, deşi mult mai ne însemnate la număr, sânt totuşi mult mai bine înzestrate din vremi şi veacuri, afară numai de săracul cler neunit.“

Se regretă, deci, mai sus că administraţia nici cametele în sumă de 38764 fl. 28$^4/_5$ cri., dela particulari, nu le putea scoate.

Evident, un articol care *voieşte* să.. tacă!

Cineva din Aiud revine în 1846 (*Gazeta*, p. 10) scriind: „Am cetit socotelele... Prea bine aţi făcut că le-aţi publicat; numai băgaţi de seamă că sumele seminarului sânt socotite numai în *valută*, iar nu în monetă convenţională, ca celelalte“. Redacţia adnotează: Căutarăm în original şi sânt cu adevărat numai în valută.“